

tis iam vulneratis atque interfectis, tam ex balistis quam ex lapidibus, ex turri quae ibidem posita erat projectis, desierunt insistere [a]. Quos ut hostes vident iam tepere et paulatim cedere, acrius instant. Hos cum Bononienses ita flagellatos vidissent [b], et deterius quam hostes [c] substinere, ad eos nullo modo ausi fuerunt irruere [d]. Viso hoc, Bononiensium potestas [e] per nuncium praecognitari fecit, ut omnes ad pugnam accederent, et quicunque in castrum primo intraret, c libras [f] sibi suisque filiis daret [g] et immunis ab omni communis onore in perpetuum existeret; mandata cuius [h] obedisse inventus est nemo. Videntes Faventini, quod Bononienses nihil fecerant [i], nec ad bellum ire vellent, summo mane die Sabbathi iam lucescente clara, in vigilia Sancti Martini repatriarunt Faventiam [j]. Bononienses cum Faventinis [k] Chesenatibus, aliisque multis ibi dimissis, diem complevere, [l] dominicum. Nocte iam veniente, cum manganis ibi dimissis, et tendis cum papilionibus et curribus in pluribus locis accensis, nemine persequente, ad propria remearunt. Pauci Bononienses inventi sunt numero, qui cum eorum carucio inducendo Bononiam [m] remanerent. Servierunt autem illic molenses Bononiensibus [n], numero pedites cccc, qui ad eorum venerant servitum fidelissime et devote (106).

Nov. 10

Quando Faventini miserunt xxvii milites in Apuleam.

CAP. CLXXXIX.

Apr. 6.

Anno Domini MCCXXVIII [A], die vi mensis Aprilis, Faventini miserunt in servitum domini Apiae in Apuleam xxvii milites [B], mirabiliter armatos, ad impugnandum ducam [C] Raynaldum, vicarium domini Frederici imperatoris secundi, [D] cum aliis de societate Lombardorum.

[a] desierunt insistere. Sic lego. Desinerunt insistere, Codd. — [b] Hos cum Bononienses ita flagellatos vidissent. Sic Codd. M. et V.; Hoc cum Bononienses ita flagellati vidissent, C. A. — [c] quam hostes. Sic lego. Codd. habent: quam hostibus. — [d] fuerunt irruere, C. V.; fuerunt inruere, C. M.; fuerunt intuere, C. A. et cl. Mitt. — [e] Bononiensium potestas, C. V.; Bononiensis potestas, cl. Mitt. — [f] c libras, C. M.; centum libras, C. V. — [g] filiis daret. Sic Codd. M. et V.; filiis darent, C. A. — [h] mandata cuius, Codd. M. et A.; mandata ejus, C. V. — [i] nihil fecerant, Codd. M. et V.; nihil facerent, C. A. — [j] repatriarunt Faventiam. Sic cl. Mitt.; repatriarunt Faventini, C. V.; repatriarunt Faventiae, C. A. — [k] Bononienses cum Faventinis. Sic habere videtur C. M. In C. vero V. deest: Faventinis. Pro Faventinis, cl. Mitt. legit: Ravennatis. — [l] diem complevere. Codd., diem completere. — [m] inducendo Bononiam, Codd. M. et V.; ducendo Bononiam, C. A. — [n] Imolenses Bononiensibus, C. A.; et sic legendum est in C. M. et [o] Imperatoris secundi. Sic lego. C. M. habet Imperatoris S., quod patet vertendum esse: secundi.

[A] MCCXXVIII. Sic Codd. Quae hic narrantur Cl. Muratorius ad praecedentem annum 1228 refert.

[B] xxvii milites. Sic Codd. Nemo exiguum hunc credit esse numerum; nam tunc Mediolanum, urbs certe magna et potens, centum tantum, et Placentia triginta misit milites, idest equites. Scire autem oportet quemque equitem, sive militem, nam idem significat, tribus hominibus constare consueisse. Vide cl. Murat. in Annal. ad ann. 1228, et in Dissert. medii aevi.

[C] Dux Raynaldum. Sic Codd. Dux erat Spoletanus, et praefectus generalis Siciliae pro imperatore Friderico.